



IN SIGNO "PACIS"

Terrae nullius an mundi universales?



~~~~~



**Hoc scribam in vento, in rosa et argento,  
in mare illius flatus, in aequore vago.**

**Erit omnium concordia  
in vocibus mille,  
in miliis colorum,  
in uno vexillo**

**Dulcis melodia, simplex poesia  
ad amorem canendum,  
ad mundum iungendum.**

**Illustres ministri amicitiae et amoris,  
cordis praesidium in mundis etiam novis.**

**LUCIA MATTERA**






**Est magica natio:  
Alcatraz<sup>1</sup> illius nomen,  
libertas eius verbum,  
pax eius omen.**

**1 Res publica “Alcatraz” est condita in nomine amicitiae, artis et amoris in anno 2009.**

**Ei sunt vexillum variaque numismata, ministri Amicitiae, Amoris omniumque pulchrarum rerum (poesis presertim) et maximi valoris.**

**Quod satis est quinquaginta quinque incolis, laetis eorum parva sed divite natione.**



---

**Vivere in caelo  
ultra astra et lunam,  
errare alis somnii cum vaga fortuna;  
volare ubicumque inter lumina aeterna,  
tam multae sunt stellae, auratae lucernae.**


**Est natio, “Caelestia”<sup>2</sup>, instar planetarii,  
sub ducibus variis  
sunt quoque denarii.  
E lucibus flores pro somnio iam nato,  
quod splendet in corde coeli stellati.**

**Hoc legam in vento,  
in rosa et argento,  
in aequore maris,  
in vultu tuo hilari.**



**2- Res publica “Caelestia est condita in nomine caeli in anno 1948. Ei praesunt  
duces et “Caeli regina”, necnon numisma, quod vocant “celeston”.**





**Olim in insulam<sup>3</sup> parvam, fatatam  
puellae venerunt exilio damnatae.**

**Dies noctesque sperabant, at vano,  
veniam parentum aut principis manum.**

**Parentes poenitum'st, venerunt ad puellas,  
quae interim potitae elato castello.**

**Anni transierunt sine ullo periclo,  
puellae illi insulae dederunt titulum!**

3- "Mulierum insula" est parvum municipium Siculum. Narratur olim hoc habitatum esse a puellis Turcis domo profugis. Cum parentes eas invenerunt, illic cum illis manere statuerunt. Urbem in litore coluerunt, cui nomen dederunt "Capaci", id est "hic pax". Plinius Iuvenis, in Epistula ad Traianum, narrat autem insulam esse sedem puellarum maximae pulchretudinis, quae se "offerebant" velut Sirenes, militibus victoribus.



**Christiania<sup>4</sup>: nimium libera Patria!**



**In nomine Christi,  
convenerunt artistae  
a toto mundo  
in oppidum iucundum  
inter vividos colores  
sine bellis cum amore!**

<sup>4</sup> In anno 1971 grex iuvenum societatis legibus rebelium (eorum dux Jacob Ludvigsen) condidit sibi in navali castro urbis Hafniae “Civitatem Liberam” aut “Christiana” (e nomine fortasse regis Christiani IV). Civitas ubi omnia sunt omnium, sine vigiliis nec ducibus cum suo vexillo (tres circuli aurei in rubo quadrato) et hymnum, cui nomen est “I kan ikke slå os ihjel” (= Non valebitis nos opprimere), scriptum a musicali grece “Bifrost”  
Omnia sunt licita, praeter autoraedas, necnon photographias et mobilem telephorum!

